Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 116

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 269.

3

Processus judicialis.

"Processus judicialis, brevis, et utilis"; ita titulus. Incipit: "Antequam dicatur de processu judicii". Finitur: "Et haec de ordine, et processu dicta sufficiant. Nota quod multa hic non obligantur, sed obmittuntur non propter ignorantiam auctoris, vel juris; sed propter imbecillitatem Studentium ad quorum profectum haec Summa est conscripta. Laus Deo Pax vivis Requies sempiterna defunctis."

Cod: CXVI.

Chartac: Fol: Saec: 14 & 15.

A 5.23.

1.

Geschenk von Presbyter Konrad 1410

Jacobi de Teramo liber Belial.

1a–47b

Jacobi de Terano liber Belial, seu consolatio peccatorum, sive dialogus juridicus inter Deum et diabolum, aut processus Luciferi contra Jesum, judice Salomone; sub tot enim titulis unus, idemque liber occurrit. Inscriptio legitur haec: "Utrum Xtus de jure spoliavit infernum super hoc lis introducitur et causa comittitur, ut sequitur." Hanc excipit praefatio, in qua auctor se ipsum manifestat in hunc modum. " Universis Xti fidelibus atque orthodoxe Sancte matris ecclesie fidei cultoribus hoc breve compendium inspecturis Presbyter Jacobus de Teranis Archidiaconus Aversanus, et Canonicus Apotunus et in jure canonico Padue discipulorum

" minimus!" &c: Opus ipsum incipit: "Postquam
" per esum ligni duplicem mortem" &c:

Jacobus de Teramo, Theramo, seu Tranensis; et de Ancharano, Archidiaconus, & Canonicus Adversanus (: prope Neapolim:) et Canonicus Aprutinus; in Italia doctus juris utriusque interpres, et Paduae publicus illius Professor floruit circa annum 1390. De eo vide Trithem: Script: eccl. cap: 682. Oudin: T: 3. Col: 1257. Fabric: Script: med. & inf: lat: T: 4. p. 3. & p. 17.

In fronte codicis nostri fol: 1 haec leguntur: " Istum librum dedit dominus
" Chunradus pie memorie presbyter ad Sctm
" petrum huic monasterio Sytanstettensi
" anno domini M° cccc decimo vel quasi!"

2.

Sermones festivi, et alii. 49a–150a

Sermones festivi, et alii, v: g: de Synodo numero 57. Primus est de S. Antonio Abbate, et Confessore, cujus initium: "Cum exarserit &c: tanta est erga genus humanum divina pietas."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 116

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27454

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)